



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Edictum de sacra ordinatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

scriptis la licenza di mangiare nella Quaresima, carne, ouero oui, butiro, e simili cibi; la vsino moderatamente, e con pietà christiana: nè mangino tali cibi in publico, nè alla presenza di tutti i suoi di casa; ma in luogo appartato, e ritirato, e con vn dolore intimo prendano così fatto cibo; poiche nel tempo che gli altri digiunano, loro non lo possono fare.

I Medici poi, per quel che tocca à loro, si ricordino, che il Christiano ha d'hauer cura del corpo talmente, che maggior conto ha da tener della salute dell'anima.

Però vedano bene, di non partecipare de i peccati d'altri, con la facilità è larghezza loro nel far fede della necessità de cibi prohibiti.

Vltimamente ogn'vno attenda con tanta pietà e diligenza alla santità della vita, che se non ogni giorno, almeno tutte le Domeniche possa santamente comunicarsi: come già fu instituito religioso nella santa Chiesa.

Finalmente esortiamo, & amoniamo tutti, che essendo questo tempo quaresimale; tempo consecrato à digiuno; e tempo di penitenza; ciascuno con l'obbligo che ha, di astenersi da i cibi vietati, s'astenga insieme da ogni sorte di delizie; e sopra ogni cosa fugga il peccato; e l'occasione di peccare.

Il tempo di Quaresima è tempo accettabile, e tempo di salute, che così lo chiama la Chiesa santa.

Ciascuno però cerchi con ogni maggior studio, di piacere à Dio; di far la sua santissima volontà; di spogliarse de i vitij; di far bene; e per ogni via essercitarsi per quāto può, nelle virtù, & opere christiane; che quest'è il digiuno, che per bocca d'Isaia profeta Iddio dice che gli è accetto, e grato.

Speriamo, che ogn'vno in questo tempo non perderà tempo; ma che attenderà all'accumularsi gratie, e meriti di vita eterna; il che Iddio conceda per sua diuina misericordia. In quarum rerum testificationem hoc edictum manu nostra signatum, & subscriptione Cancellarij nostrae Ecclesiae Mediolanensis, sigilloq; Archiepiscopali S. Ambrosij mu-

nitum, publicè affigi mandauimus. H. ludq; quotannis Dominico die in Quinquagesima, aut alio die festo Dominicae primae Quadragesimae proximè precedente, de more promulgari iubemus. Dat. Mediolani in aedibus Archiep. die quarto Februarij 1581.

Deputati à dar le licenze.

Deputiamo nella Città il Reuerendo Canonico Ordinario Penitenciero della nostra Chiesa Metropolitana, à dar licenza, à chi harà necessità di mangiare come di sopra, cibi prohibiti nella Quaresima.

Deputiamo per il medesimo effetto nella Diocesi ciascun Parocho nella sua propria parochia.

Ordiniamo, che nella Città non si dia la sudetta licenza, à chi non esibirà nella forma stabilita per ordine nostro la fede del proprio Curato; & anco del Medico, quāto à quelli che lo possono hauere. Il medesimo quāto alla fede del Medico ordiniamo che si offerui nella Diocesi.

In oltre deputiamo per quelli, che pretendono hauer legitimo impedimēto, e causa di essere escusati dal digiunare, il proprio Parocho ad approuar la causa, & impedimento loro, e darle la licenza in scriptis: nella qual cosa incarichiamo la coscienza di esso Parocho.

Edictum de sacra ordinatione.

Carolus S. R. E. Presb. Cardinalis Tit. S. Praxedis, Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus S. Ecclesiae Mediolanen.

Magna est sacramenti ordinis dignitas, magnaq; huius dignitatis praestantia: ac magni propterea ponderis est, maximiq; momenti, sacros ordines, & conferre, & suscipere: id quod cum sepe beatus Apostolus Paulus multis verbis doceat; tum aliorum etiam Apostolorum exempla monent; tum sacrosancta praeterea ecclesiae instituta planè declarant: quibus cautum est, sacram ordinationem solenniter haberi certis statibus quatuor anni temporibus, orationi & ieiunio consecratis: tum id ipsum itè aperte signi-

significat sanctorum patrum decreta, & illa quidem multa, de eorum qui ordinis sacramento initiari volunt, vita, moribus, genere, patria, ætate, institutione, loci educatione, doctrina, instructioneque in lege Dei, & cæteris virtutibus edita.

Cum igitur summa cura, summaque diligentia, ac sollicitudo plena vigilantia, plenaque prudentia adhibenda sit in dispensatione diuinorum munerum, & ecclestium dignitatum, cuiusmodi sunt in ecclesia clericorum ecclesiasticorumque hominum munera: nos sacram ordinationem proximè solenniter celebratur, ut ne ordines aut indignis conferantur, aut vitio suscipientium dignitas ordinum minuatur; hæc, partim ex sacrorum Canonum iure, partim ex Pontificum sanctionibus, partim ex patrum regulis, partim ex œcumenica Synodo Tridentina, partim ex nostris provincialibus Concilijs sumpta, hoc nostro edicto comprehensa, eo de genere toto monemus, statumque edicimus, ac promulgamus.

Ac primùm quidem denunciamus, ab omni sacre ordinationis limine & ingressu arcendos esse omnes & singulos canonicis impedimentis irretitos; veluti minores natu, sacramento chrisimatis non confirmatos, rudes & ignaros, criminosos, solenniter penitentes, neophytos, ebrietati & gula deditos, impudicos, lapsos post ordinem susceptum, periuros, vsurarios manifestos, infames, ratiocinijs obligatos, seruos, corpore vitiatos, insigniter deformes, illegitimè natos, peregrinos & ignotos, bigamos, irregulares quouis alio modo, suspensos, interdictos, excommunicatos, amentes, morbo caduco laborantes, energumenos, non examinatos & probatos, furtim per saltumve promotos.

Si quis verò huiusmodi, vel alio quouis impedimento, etiam occultè illigatus teneatur, illud planè nobis saltem patefaciat, antequam se sacris istis clericalis militiæ mysterijs obtrudere audeat.

Porro sciat quisque, sibi ad examen pro quocunque ordine accipiendū aditum aliter non patere, quàm si decenti vestitu clericali indutus, & cum congrua pro sui status & ordinis ratione co-

rona sese coram examinatorebus sita.

Scriptas quoque ætatis, natalium, aut dispensationis concessæ, beneficii ecclesiastici, vel pensionis, patrimonijve, testificationesque; aliquas decretis provincialibus præscriptas, Vicario nostro generali recognoscendas, illiusque subscriptione signandas ac approbandas quisque initiandus prius exhibeat, quàm se examinandum sistat coram examinatorebus: qui & ipsi quoque a nostro Cancellario Archiepiscopali ante oia de huiusmodi testationibus certi instructique reddant.

Quicumque vel tonsura clericali primùm initiari, vel ad ordines maiores stata illa ordinationis die per nos promoueri volunt, his litteris edicimus atque significamus, ipsos omnes & singulos esse ante statam ordinationis diem ad nos conuenire; tum sua, suorumque parentum, patriæ, parochialisque ecclesiæ in cuius vicinia natus est, & in qua item habitat, nomina; tum præterea (eos scilicet, qui sacrum ordinem suscipiunt) beneficium ecclesiasticum, pensionemve, aut patrimonium, aut sponsonem vel cautionem, cuius nomine titulove vnusquisque eorum sacro ordine initiandus est; rectè diligenterque singula notata ad Reu. Canonicum Ordinarium Cancellarium nostrum Archiepiscopalem afferre.

Omnes verò tum eos ipsos, tum alios qui ordinibus etiam minoribus initiari volunt; si in vrbe illi quidem sunt, feria secunda hebdomadæ ordinationem proximè præcedentis; si verò diocesani, & alij qui extra urbem habitant, ante quartam feriam hebdomadæ in quam sacra ordinatio incidit, ad nos examinis causa iterum conuenire significamus atque edicimus.

Quo tempore omnis, quicumque vel primam tonsuram, vel ordines minores maioresve suscepturus est; ea singula quæ mox infra ordine præscribuntur, de se litteris legitime testata nobis faciat. Primò se legitimo matrimonio natum esse, aut ob natalium impedimentum secum super illo ordine quem suscepturus est; dispensatum esse. Præterea se vel origine, vel beneficio ecclesiastico quod in diocesi nostra obtinet, vel decennali domi-

domicilio, vel alia ratione dioecesanum esse; aut familiarem nostrum, qui per triennium nobiscum commoratus sit.

Tum à Parocho, & ludimagistro, eoque quem in quouis studiorum genere audit, aut si in Seminario adscriptus est, ab illius rectore loco parochi obsignatas literas afferat, quibus de vitæ suæ disciplinæ moribusque testatum fiat.

Doctrinæ item Christianæ scholas se frequentasse: id testimonij afferat, vel à præfecto illarum in parochiali vicinia sua constituto, vel ab eo qui omnium id generis scholarum curæ præest.

Hæc præterea testimonia afferet, qui prima tonsura initiari voluerit.

Se sacro chrismate confirmatum esse. In ecclesia frequentius, religiosiusque versatum esse.

Spe esse, se in clericali ordinis disciplina permansurum.

Hoc verò testimonium à parochi, aut ab eo sacerdote habeat, cui in disciplina à nobis traditus est, postquam clericali ordinis suscipiendi animum voluntatemque nobis patefecit.

Sacram item communionem crebro per annum sumpsisse.

Qui verò aliquo minore maioreve ordine initiandus est, testimonium præter ea que supra præscripta sunt, afferat etiã de his que sequuntur.

De prima tonsura, ordineve quem proximè suscepit.

De illius ordinis functionibus à se præstitis: idque testificationis habeat à præfecto ecclesiæ, cui adscriptus est.

In qua verè ac speciatim exprimitur, quas functiones, & quamdiu, & quampiè, & quam decenter rectè ritèque præstiterit.

De habitu clericali ad provincialium dioecesanorumque Conciliorum præscriptum post ordinem proximè susceptum à se continuè gestato. Quam testificationem à parochi afferat.

De confessione frequentiori ex decretorum provincialium præscripto: cuius rei testimonium obsignatum ab aliquo Confessario sacerdote probato ad audiendas confessiones clericorum habeat.

De sacra cõmunionem, ut decretis provincialibus iustum est, crebrius sumpta.

Hoc autem testatum afferat, vel à parochi, vel à præfecto ecclesiæ in qua adscriptus est, vel ab alio sacerdote qui iussu nostro ministrarit.

Quicumque prima tonsura initiandus, aut alicui maiorum ordinum adscribendus est, ea præterea de se nobis testata faciat. De se ex præscripta formula denunciations in ecclesia cathedrali, tum in propria parochiali, tum in illa etiam, in cuius finibus postremò domiciliu habuit, tũ etiã vbi p nos deniq; iussu erit, publicè die festo inter Missarum solènia factas.

Qui sacrum ordinem suscepturus est, præter cætera testetur.

Ætatem sanctione Tridentina præscriptam; annos scilicet vigintiduos, si subdiaconatum; viginti tres, si diaconatu; vigintiquinque attigisse, si sacerdotium suscepturus est.

Censum item vel ecclesiasticum vel laicalem, quem & pacificè possideri, & tantum esse verè constet, quantum ad vitæ eius sustentandæ usum satis esse censuerimus; aut census loco, sponsonem certa cautione factam ab aliquo, seque ad vitæ cultum usu necessaria sunt, illi qui sacris initiandus est, suppeditaturum, saltem donec ei aliunde prouisum sit, eaque donatio, sponsove verè ac sine fraude dolove facta sit, eiusque tabulæ ritè & rectè confectæ.

De eo autem censu sponsoneve factas esse publicè die festo denunciations inter Missarum solènia, tum in cathedrali Ecclesia, tum in propria parochiali, tũ in illa etiam, in cuius finibus postremò domiciliu habuit, tum denique vbi illas fieri per nos iustum erit, tum omnino in parochiali Ecclesia, intra cuius limites maior census siue ecclesiastici, siue alterius generis pars posita est.

Quicumque verò diaconus, aut sacerdos creandus est, id, præter alia, testificationis afferat, se de peccatis omnis antea vitæ in primis confessum, spirituales exercitationes ad decreti in visitatione Apostolica editi, & nostræ Synodi provincialis quartæ præscriptu præstitisse tẽporis spatio per nos cõstituto, adhibito sibi duce & moderatore viro religioso, à nobisque in primis pbato.

QVICVNOVE de vestitu ecclesiastico

ifico, de frequenti sacramentorum usu, de ecclesiasticis functionibus, de vitæ & morû disciplina literas testificationis exhibiturus est, eas recenter datas, aut renouatas confirmatasve afferat, ita scilicet, vt ne vetustiores sint duobus mensibus ante statæ ordinationis diem.

Si verò quis à domicilio suo diu abfuerit, quamobrem vetustiores testificationis literæ accipi debeant; recentiores simul, à quibus debet, afferat; eo loco datas, vbi proximè moratus est: & si locus extra diocesim est, ab eiusdem loci Episcopo obſignatas, vel communitas eius auctoritate.

QVI alienæ diœcesis est, hæc ab ordinario suo habeat. (do. Literas dimissorias de ordine suscipien- Literas testificationis de ordine proximè suscepto.

Testimonium scriptum de statis denunciationibus ordinis suscipiendi.

Testimoniū de natalibus, aut de dispensatione legitima super defectu natalium.

Testimonium de functionibus præstitis.

Dispensatione super interstitio, si quando scilicet non confecto illo temporis spatio, quo ex Concilio Tridentino in ordine suscepto versari debet, ad alium maiorem ordinem pro ecclesiæ suæ utilitate ac necessitate Episcopus eum promouendum censuerit.

Testimonium comprobationis scientiæ per examen, aut literas facultatis de examine faciendo.

Testimonium item de vita, & morum honestate.

Testimonium præterea afferat (qui scilicet ordinem sacrum suscepturus est) de patrimonio, vel de titulo, vel de censu, aut sponſione cautione ve.

Literæ verò dimissorias de ordine suscipiendo, & testimoniales de præstitis functionibus, & de vitæ morumq; honestate, ne vetustiores sint duobus tribusve mensibus à die sacræ ordinationis supputandis.

Si verò alicuius diurnæ absentia antiquiores etiam literas accipi probari ve postulet; recentius datas à quibus debet, inde afferat, vbi proximè commoratus est: siq; extra diœcesis suæ fines locus est; illas ab eiusdem loci Episcopo

obſignatas, aut eius auctoritate communitas afferat.

REGVLARIS qui ad sacram ordinatione conueniet, primâ tonsurâ aut ordines suscepturus, caueat nè oblitus sit aliqua culpa impedimētove canonico supra de alijs iniitiadis cōmonstrato. Ipse quoque mensē ante statam ordinationis diem ad nos conueniat, & nomen cæteraq; supra de alijs ordinandis præscripta ad Cancellarium Archiepiscopalem deferat.

Testata præterea hæc habeat.

Exercitationem frequētem functionum illius ordinis, quem proximè suscipit.

Frequentiorem confessionem, & sacram communionem.

Progressionē in ecclesiastica disciplina. Observantiam & reuerentiam erga sacerdotes & superiores.

Loco tituli censusve afferat testificationem præstitæ professionis regularis.

Testimoniū itē habeat, De denunciatione sui nominis publicè in ecclesia facta.

De ætate item, vtsupra de alijs constitutum est.

De transacto interuallo post ordinem proximè susceptum à Tridentino Concilio præscripto.

Afferant literas dimissorias à Superiore de ordine suscipiendo, quo eorum quispiam iniitiandus est,

Quæ literæ ne vetustiores sint duobus tribusve mensibus, à die sacræ ordinationis supputandis; nisi ob absentiam Superioris, aliamve causam, eas longiori tempore datas, renouatasve accipi, probari ve debere censuerimus.

Testimonium etiam scriptum à Superiore suo, qui ostendat eum vita & moribus præditum esse, qui dignus sit, vt illi ordini adscribat, quo is iniitari vult: sit verò hoc testimonium non antiquius duobus mensibus, vti in superioribus est declaratum.

Si verò diutius à Monasterio abfuerit, hoc testatum afferat à superiore Monasterij, in quo proximè commoratus est.

Testificationem item de ordine, qui proximè præcedit, iam suscepto.

Si verò statum tempus præscriptum à Concilio Tridentino, quod interiectum esse debet inter susceptionem vnus & alterius

alterius ordinis, nondam expletum est; tunc à suo Superiore scriptum afferat, quo restatum fiat, utile ac necessarium Ecclesiæ suæ, Monasterio ve esse, secum dispensari super eo interstitio.

Quod si quis stata die non adfuerit, aut quæ ex præscriptis ad se pertinent, singula non bene nec satis restata fecerit, sciat se ab ordinatione, quæ stato eo tempore habebitur, exclusum fore.

DOMINICO autem promulgationis huius edicti die, ob sacram ordinationem proximè futuram in singulis parochialibus ecclesijs processio de more agatur litanis ac supplicationibus publicis; in quibus vnusquisque secum merte reputans, quam pauci operarij in messe multa sint, hoc Deum toto corde exoret, vt qui Dominus est messis, ipse mitrat operarios in messem suam, lumenque nobis præbeat in ijs deligendis, quos ordinibus adscribamus, tum quos elegerimus, ope diuina illi adiuti in sanctitate & iustitia ei seruiant, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes.

Quod vt eo nomine Deum populus simplex sepius oret, id illum singulis diebus Dominicis per mensem ante statam sacre ordinationis diem crebra cohortatione parochi inter Missarum solennia Dominico præterea die illam proximè præcedente, pastorales etiam nostras litanas de scripto accurate iterum recitent; tum diligenti etiam admonitione populum ad illud excitent, vt non modò supplicationes obeam causam nostro Concilio prouinciali secundo decretas, pie religioseque tunc obeat; sed illis ipsis stas, qui sequuntur, sacre ordinationis diebus, frequens in oratione pure sancteque versetur, tum quæ die sacra ordinationis habebitur, qui in vrbe sunt, in Metropolitana ecclesia frequentissimi præsentibus adfint, huic orationis officio studiosus attentus, vt à Deo Sanctorum ope ijs fidelium precationibus impetrata, & nos ordines ijs conferamus, quos utiles operarios ecclesiæ Dei postulat, & qui ordines suscipiunt, in dies progressus maiores in vite morumque sanctitate, religione, doctrina, atque prudentia faciant, ijsque virtutibus adiutrice diuina gratia aucti, cum exéplum pie sancteque agendi laicis per-

petuò præbeant, tum Deo in primis, cui in ministerium dicati sunt, grati ministri, pro populo intercedentes, celestis diuina gratiæ misericordieque munera vberiora impetrèt; ipsique digni sint donis & priuilegijs, quæ singularia, & Deo, & ecclesiæ ministris suis benigne concessat.

Indictio diei sacre ordinationis.

CAROLVS

S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. Sanctæ Praxedis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiep. S. E. Mediol.

AVXILIANTE Domino Deo, ac Salvatore nostro Iesù Christo, nos ex sancte matris Ecclesiæ instituto, sacram ordinationem in nostra Metropolitana Ecclesia solènter celebraturi sumus, proximis stas quatuor temporibus, die scilicet Sabbato mēsis N. proximè futuri. Quare edictum nostrum de sacra ordinatione editum, vt omnibus, ad quos spectat, notū sit; intra Missarum solennia in nostra Metropolitana Ecclesia de suggestu cum nostris pastoralibus eo de genere editis, & his etiam nostris indictmentis diei sacre ordinationis literis legis, atque in eius item valuis, vt moris est, affigi; & quò præterea præuulgatus sit, à parochis omnibus & singulis, tam in vrbe quam in diocesi, die Dñico proximo postquàm has Archiepiscopales literas acceperint, hoc idē fieri mandamus. omnes verò & singuli, quicumque vel clericali tonsura, vel aliquo ordine initiati sunt, vt omnia & singula præstent atque exequantur, quecunque edicto illo nostro de sacra ordinatione præscripta sunt, his nostris literis edicimus, atque monemus. Dat. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalis, Die

INSTRVCTIO

Pro Parocho ad fidem faciendam de natalibus, & etate ordinandi.

PRIMO videat, an ordinandi nomen, cognomen, & baptismi tempus reperire possit in libro illo, in quo baptizatorum nomina ex more & præscripto S. Concilij Tridentini notantur. Et si inueniat, exemplum ex illo libro

K

exscri-